

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Scriptura sacra a

Propter hoc Augustinus, qui mente larvatus primo ipsius vilipendebat velatum aspectum, sui postmodum intellectus detecta caligine, sic in eius amplexibus tenebatur arctatus, ut ad Volusianum diceret in epistola scribens:

“Tanta est Christianorum profunditas litterarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere;

in quibus

latet altitudo sapientie, ut in novissimis, acutissimis, fragrantissimis cupiditate discendi hoc contingat quod eadem scriptura quodam loco habet:
Cum consummaverit homo, tunc incipiet.”

Lucula noctis, 37 (E. Hunt ed., p.320, ll.193-204).

Tanta est Christianarum profunditas litterarum ut in eis cotidie proficerem, si eas solas ab ineunte puericia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere.

In quibus,
inquit,
latet altitudo sapiencie ut annosissimis, acutissimis, fragrantissimis cupiditate discendi hoc contingat quod eadem scriptura quodam loco habet:
Cum consummauerit homo tunc incipiat.

Augustinus II. epistola ad Volusianum.

Manipulus florum, Scriptura sacra a

annosissimis] annouissimis M

tanta est enim Christianarum profunditas litterarum, ut in eis cotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere,
non quo ad ea, quae necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed, cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non uiuitur, tam multa tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opacata intellegenda proficientibus restant tantaque non solum
in uerbis, quibus
ita dicta sunt, uerum etiam in rebus, quae intellegendae sunt, latet altitudo sapientiae, ut annosissimis, acutissimis, fragrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet:
Cum consummauerit homo, tunc incipit (Eccli.18:6).

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 137.3 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., pp.99-100, ll.14-16, 1-11).